


de eis in quid quia ad querendum quid est sortes convenienter redditur
homo. Diffinitio ergo sic sunt species. Species est quod ponitur sub assig-
nato genere. Et dicitur sic species est de qua genus in eo quod quid est predicatur.
Et dividitur species in speciem specialissimam et speciem subalternam. Species
specialissima est que cum sit species non potest esse genus, ut homo equus asinus et similia.
Vel sic species specialissima est sub qua non est alia inferior species.
Species subalterna est que cum sit species potest esse genus ut animal. Et quelibet
sic dicitur genus generalissimum et species specialissima patet ex genere
et specie ad aliud comparatum et ad alterum sumpta sicut in genere dictum.
Differentiam species vero dictorum superiorum sicut patebit in arbore por-
phiriana. Ut autem hoc sit magis planum statuatur exemplum
in uno predicamento ut substantia est genus generalissimum. Sub hac autem corpus
sub corpore corpus animatum sub quo animal sub animali animal rationale sub quo homo
sub homine sunt individua ut sortes plato. Individuum est quod
de uno solo predicatur ut sortes. Hec omnia patent in figura sequenti
que dicitur arbor porphirii. Dictum istam planam facit arbor porphiriana.

Differentia dicitur tripliciter scilicet communiter proprie et magis proprie.
Communiter dicitur id quo aliquid differt ab alio vel ab eodem a se ipso separabili accidente


© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg